Quelle: http://manuscripta.at/?ID=901
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

admirans rex pueri uenustatem: coronam
quam forte gestabat capiti illius imposuit
Erat autem in ea hammonis ymago fabrefac
ta. Puer autem coronam piecit in terram et fre
git. Sacerdos autem eliopoleos a latere regis
surgens: exclamauit. hic est puer quem
nobis deus occidendum monstrauit, ut dece
tero: timore careamus. Et uoluit irrue
re in eum. Sed auxilio regis liberatus est. ex per
suasione cuiusdam sapientis. qui pigno
rantiam hoc esse fecisse a puero asseruit. in
cuius rei argumentum: cum prunas alla
tas puero obtulissent: puer eas ori suo ap
posuit. et lingue summitatem: igne corru
pit. unde: et hebrei impedicionis lingue
eum fuisse autumant. Tante uero erat
ioseph pulcritudinis fuit: ut nullus
adeo seuerus esset: qui ei aspectum non habe
ret. multique dum cernerent eum per plateam
ferri: occupationes in quibus studebant
deserent. De uxore moysi ethyopissa.

Factum est cum adultus esset moyses:
ethiopes uastauerunt egiptum: usque
ad menphim et mare. quo circa: consul
ti ad diuinationes egiptii. responsum
acceperunt: ut auxiliatore uterentur hebreo.
et rex obtinuerunt a termuthe: ut exer
citui que pauerant moysen preficeret
ducem. prius prestitis sacramentis ne ei noce
rent. Erat autem moyses uir bellicosus.
et peritissimus. qui fluminis iter tamquam
longius pretermittens: per terram duxit ex
ercitum itinere breuiori. ut inprouisos
ethiopes preueniret. Sed per loca plena ser
pentibus iter faciens: tulit in arcubus
papiriis super plaustra: ibices. ciconias.
scilicet egiptias. naturaliter infestas serpentibus
que rostro per posteriora inmisso aluum
purgant. castraque metatus: proferebat
eas ut serpentes fugarent. et deuorarent.
et ita: tutus per noctes transibat exercitus:
tandem preuentos ethiopes expugnans:
inclusit eos fugientes in ciuitatem sa
ba regiam. quam post cambises a nomine soro
ris sue meroem denominauit. quam cum
quia inexpugnabilis erat diutius obse
disset: iniecit oculos suos in eum tharbis.
filia regis ethiopum. et ex condicto tra
didit ei ciuitatem: si duceret eam uxorem.
et ita factum est. Inde est quod maria et aaron.
iurgati sunt aduersus moysen pro uxore
eius ethiopissa. Dum autem redire uoluisset:
non adquieuit uxor. proinde: tamquam uir
astrorum peritus: ymagines sculpsit inge
niis. huius efficacie: ut altera memoriam
altera obliuionem conferret. cumque paribus
anulis eas inseruisset. alteram scilicet obliuionis
anulum: uxori prebuit: alteram ipse tulit.
ut sicut pari amore: sic paribus anulis in
signirentur. Cepit ergo mulier amoris ui
ri obliuisci. et tandem libere in egiptum
regressus est. De fuga moysi. et affinitate ietro.

In diebus illis egressus ad fratres suos in terra ges
sen: uidit afflictionem eorum. et prospectum o
peris egiptium: percutientem quemdam de hebre
is. et secreto percussum egiptium abscondit
in sabulo. Et egressus die altero: uidit
duos hebreos rixantes: et dum argueret
eum qui fecerat iniuriam: respondit. Quis
te constituit super nos? num occidere
me uis sicut heri occidisti egiptium? Miratus
est moyses quomodo palam factum erat uer
bum hoc: et timuit, perterritum. Cum audis
set pharao uerbum hoc: et quereret occidere
eum. Qui fugiens per desertum: uenit in
terram madian. et ciborum inopiam iterum
ioseph uirtute tolerantie superabat et ue
nit ad ciuitatem. madian. circa mare. ru
brum sic nominatam: a quodam filio abra
he de cethura. Seditque iuxta puteum.
Erant autem sacerdoti .i. primati: qui anti
quitus sacerdotes dicebantur. madian: vii. fi
lie. qui dicebatur raguel. a nominatur ietro.
cognominatur cyneus. que uenerant ut hau
rirent aquam gregibus suis. Officium enim
gregum alendorum: tunc erat etiam mu
mulierum. maxime: in regione trogo
ditarum. Superuenientes uero pastores
repulerunt eas. quos prohibuit moyses ab
iniuria uirginum. et adaquauit gre
ges earum. que maturius solito redeuntes
rogauerunt patrem: ne beneficium pegri

de uxore moysi ethyopissa

de fuga moysi et affinitate ietro